

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendis uiris, eruditione & uirtute praestantibus, Ioáni Spangebergio &
collegis ministerij Euangelici in Isleben, amicis suis charissimis, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

at, confidero. Tibi igitur deliberationem integram
relinquo: teq; oro ut rescribas Principi, ac mihi li-
teras mittas, simulq; tuam sententiam significes. Sa-
lutem opto collegæ tuo Antonio, cuius silentium
perpetuum miror. Bene ualete, & Nouembris. 1544.

Reuerendis uiris, eruditione & uirtute
præstantibus, Ioâni Spangebergio & col-
legis ministerij Euangelici in Isle-
ben, amicis suis charissimis,

S. D.

Non p. 157.
Ess. rna 5.
pl. 157.

Reuerendi uiri, & amici charissimi. Optarim
ad nos missum esse aliquem ex collegio uestro, qui
coràm exponere totam seriem actionū illarum po-
tuissim, de quib. scribitis: sed ipsa aulæ nobis testis
esse potest, nobis non probantibus inferum esse ar-
ticulum de oleo & unctionibus. Et scimus conse-
crationes oleorum, quæ extant in libris Episcopo-
rum, impias, & magicis similes esse. Id semper in de-
liberationibus à nobis dictum est, & constanter di-
ctum est. Illi autem qui articulum de oleo inserue-
runt, corrigi hæc dicebant: quia addiderunt, Re-
motis omnibus superstitionibus. Et in fine diser-
tè dicitur, Reliquos esse aliquos articulos nõ conci-
liatos, de quibus cum Episcopis deliberandum sit,
si has Ecclesias uelint regere. In his nondum conci-
liatis articulis numerari necesse est & illas conse-

o 4 cratio-

erationum & unktionum absurditates. Intelligan-
tur ergo non comprobatae, sed ad illam deliberatio-
nem reiectae. Sed decebat esse magis ingenuam ora-
tionem * diceris: stylus indicat, non esse illa scripta
ab uno. Nos, Deo iuuante, uocem Euangelij incor-
ruptam docebimus, & in nostra confessione sem-
per sonabimus. Pagellas uestras uobis remitto. Be-
ne ualete. Die 13. Ianuarij. 1549.

Reuerendis uiris, eruditione & uirtute
praestantibus dominis, Ioanni Spange-
bergio gubernanti ecclesias Dei in comi-
tatu Mansfeldensi, & pastoribus, & caeteris
eorum collegis, amicis suis,

S. D.

Reuerendi uiri, & amici charissimi: Orat filium
Dei in agone suo, ut aeternus Pater Ecclesiae cōsen-
sum tueatur, ut unum simus in ipso: ut uerba, quae
extant in ea narratione, recitem. Nec est irrita illa fi-
lij Dei precatio. Semper erit aliquis coetus custos,
uerae doctrinae consentiens. Legi uestram delibera-
tionem, quam iudico & piam, & cum nostris sen-
tentijs congruere. Etsi autem multi Ecclesijs nostris
minitantur, et profectò horribilis crudelitas in Sue-
uia exercetur: tamen nec uerae doctrinae corrupte-
las unquam recipiemus, nec uitiosos cultus appro-
babit. In alijs rebus adiaphoris, seruitutē quālibet
duram tolerabimus. Nec propter leues causas
occafio-

fol. 159